

## Livio: XXIV, 37-39

### Premessa

In questo passo Livio narra del massacro dei cittadini di Enna ad opera della guarnigione romana della città. Gli Ennesi stavano per consegnare la città ai Cartaginesi: il comandante romano scelse quindi di far trucidare gli Ennesi inermi per non esporre a un pericolo mortale i suoi uomini.

Livio non esprime con chiarezza il suo giudizio su quanto è avvenuto.

Questo testo si presta ad essere inserito in un percorso sul tema dell'imperialismo romano e potrebbe essere messo a confronto con la presa di Siracusa del 212 a.C. e i passi di Tacito su Petilio Ceriale e Calgaco.

Il passo è stato adattato al capitolo L di *Roma aeterna*, il cui tema è l'*oratio obliqua*. Sono quindi stati proposti esercizi sulla trasformazione di *oratio recta* in *oratio obliqua* e viceversa. Questi esercizi sono anche utili agli studenti per giungere ad una migliore comprensione del testo.

Si possono proporre lavori diversi per ogni capitolo di Livio.

Cap. 37: Traduzione senza dizionario del passo adattato con vocaboli aggiunti in nota; domande con risposta in latino sulla comprensione del testo; esercizio sulla trasformazione da *oratio obliqua* ad *oratio recta*.

Cap. 38: È costituito quasi interamente da un discorso diretto. Prima di proporle la traduzione (senza dizionario) vale la

pena presentare l'esercizio che segue il passo, in cui si chiede di trasformare molte frasi prese dal testo ma parafrasate e semplificate, passando dall'*oratio recta* all'*oratio obliqua*.

Cap. 39: Il passo è abbastanza complesso dal punto di vista sintattico e inoltre l'*ordo verborum* può rendere difficile la comprensione. Quindi prima di proporre il testo integrale si è presentata una versione semplificata.

(Ivana Milani)

## De caede Hennensium

*Secundo Punico bello, post pugnam Cannensem, in Sicilia multae civitates societatem cum Romanis iam deserturae erant. Hennensium principes, certiores facti Murgantiae omnes milites Romanos necatos esse per fraudem, censuerunt se deficere ad Carthaginienses, quibus Himilco praeerat.*

---

### 1

---

37 - Henna, excelso<sup>1</sup> loco ac praerupto<sup>2</sup> undique sita, cum loco inexpugnabilis erat, tum praesidium in arce validum praefectumque praesidii haud sane opportunum insidiantibus habebat. L. Pinarius erat, vir acer et qui non facile fidei Siculorum crederet, praesertim tum, cum dicerentur tot proditioes defectionesque<sup>3</sup> urbium et clades praesidiorum fieri. Itaque nocte dieque omnia parata instructaque custodiis<sup>4</sup> ac vigiliis erant nec ab armis aut loco suo milites Romani abscedere sinebantur. Ubi Hennensium principes, qui iam pacti erant<sup>5</sup> cum Himilcone de proditione

---

<sup>1</sup> Excelsus, a, um = altus, a, um; eminens, entis

<sup>2</sup> Praeruptus, a, um = "scosceso"

<sup>3</sup> Defectio < deficere (ab aliquo ad aliquem), "defezione"

<sup>4</sup> Custodes = milites qui castra die custodiunt; vigiliae = milites qui noctu castra custodiunt

<sup>5</sup> Paciscor, eris, pactus sum, pacisci = "fare un patto, stipulare un accordo"

praesidii, animadverterunt nullam occasionem fraudis a Romano praefecto dari, palam petunt ut sibi claves portarum reddantur, ut liberi in societatem, non servi in custodiam<sup>6</sup> tradi Romanis videantur. Ad ea Romanus se in praesidio impositum esse dixit ab imperatore suo clavesque portarum et custodiam arcis ab eo accepisse, quae nec suo nec Hennensium arbitrio haberet sed eius imperatoris qui commisisset. Addidit praesidio decedere apud Romanos capital<sup>7</sup>. Consulem Marcellum haud procul esse; ad eum mitterent legatos cuius iuris atque arbitrii <res> esset. Se vero negare illi missuros testarique, si verbis nihil agerent, vindictam aliquam libertatis suae quaesituros. Tum Pinarius: at illi si ad consulem gravarentur mittere, sibi saltem darent populi concilium, ut sciretur utrum paucorum ea denuntiatio an universae civitatis esset. Consensa in posterum diem contio.

---

<sup>6</sup> Custodia: attenzione! Il termine in questo testo compare in due diverse accezioni: 1. "sottomissione, prigionia", 2. "custodia, difesa"

<sup>7</sup> Capital, alis (n.) = "delitto capitale, che comporta la pena di morte"

*Esercizio*

---

Rispondi in latino alle seguenti domande:

- 1) Post bellum Punicum primum, Sicilienses redacti erant sub imperium populi Romani an Carthaginiensium?
- 2) Quomodo se gesserant post pugnam Cannensem cum Romanis?
- 3) Quid Morgantiae evenerat?
- 4) Quis erat Pinarius? Qualis erat?
- 5) Quid a duce Romano Hennenses petiverunt?
- 6) Quid dux Romanus respondit?

§§§

Trasforma l'*oratio obliqua* in *oratio recta*:

- 1) (Hennenses a Pinario) petunt ut sibi claves portarum reddantur, ut liberi in societatem, non servi in custodiam tradi Romanis videantur.

*Hennenses a Pinario petunt:* «.....  
.....  
.....»

- 2) Ad ea Romanus se in praesidio impositum esse dixit ab imperatore suo clavesque portarum et custodiam arcis ab eo accepisse, quae nec suo nec Hennensium arbitrio haberet sed eius imperatoris qui commisisset.

*Ad ea Romanus respondit:* « .....  
.....  
.....  
.....»

- 3) Addidit praesidio decedere apud Romanos capital. Consulem Marcellum haud procul esse.

*Et dixit:* «.....»  
.....»

- 4) ad eum mitterent legatos:

*Eos hortatus est:* « .....»

- 5) at illi si ad consulem gravarentur (legatos) mittere, sibi saltem darent populi concilium.

*Et perrexit:* «At .....»  
.....»

38 - Postquam ab eo colloquio in arcem sese recepit, convocatis militibus: «credo ego vos audisse, milites» inquit, «quemadmodum praesidia Romana ab Siculis circumventa et oppressa sint per hos dies. Eam vos fraudem deum primo benignitate, dein vestra ipsi virtute dies noctesque perstando ac pervigilando in armis vitastis. Utinam reliquum tempus nec patiando infanda nec faciendo traduci possit. Haec occulta in fraude cautio est qua usi adhuc sumus; cui quoniam parum succedit, aperte ac propalam claves portarum reposcunt; quas simul tradiderimus, Carthaginiensium extemplo Henna erit foediusque hic trucidabimur quam Murgantiae praesidium interfectum est. Noctem unam aegre ad consultandum sumpsi, qua vos certiores periculi instantis facerem. Orta luce contionem habituri sunt ad criminandum me concitandumque in vos populum. Itaque crastino die aut vestro aut Hennensium sanguine Henna inundabitur. Nec praeoccupati<sup>1</sup> spem ullam, nec occupantes<sup>2</sup> periculi quicquam habebitis; qui prior strinxerit ferrum, eius victoria erit. Intenti ergo omnes armatique signum expectabitis. Ego in contione ero et tempus, quoad omnia instructa sint, loquendo altercandoque traham. Cum toga signum dederò, tum mihi undique clamore sublato turbam invadite ac sternite omnia ferro; et cavete quisquam supersit cuius aut vis aut fraus timeri possit. Vos, Ceres mater ac Proserpina, precor, ceteri superi infernique di, qui hanc urbem, hos sacros lacus lucosque colitis, ut ita nobis volentes propitii adsitis, si vitandae, non inferendae fraudis causa hoc consilii capimus. Pluribus

---

<sup>1</sup> Cioè, "insidiis et fraude prius petiti".

<sup>2</sup> Cioè, "prius petentes, praeventientes".

vos, milites, hortarer, si cum armatis dimicatio futura esset; inermes, incautos ad satietatem trucidabitis; et consulis castra in propinquo sunt, ne quid ab Himilcone et Carthaginiensibus timeri possit».

### *Esercizio*

---

Trasforma le frasi, passando dal discorso diretto al discorso indiretto (attenzione a tempo, modo e persona delle forme verbali, ai pronomi e agli avverbi)

1. Postquam ab eo colloquio in arcem sese recepit, convocatis militibus dixit: «Praesidia Romana ab Siculis oppressa sunt»

*Dixit* .....  
.....  
.....

2. «Vos Siculorum fraudem et deum benignitate et vestra virtute vigilando vitavistis.»

*Et dixit*.....  
.....

3. «Cavendum est idem ac antea cavistis, quia illi nihil aperte et palam agent. Claves portarum repetunt. Clavibus traditis, Carthaginienses extemplo Hennem intrabunt et nos trucidabimur crudelius quam Murgantiae commilitones nostri interfecti sunt».

*Dixit* .....  
.....  
.....  
.....  
.....



4. Cras primo die Hennensium magistratus contionem habebunt. Populus concitabitur in vos. Itaque crastino die aut vestro aut Hennensium sanguine Henna inundabitur.

*Et addidit*.....  
.....  
.....

5. «Victoria erit eius, qui prior strinxerit gladium. In contione equidem tempus traham. Vos signum meum parati armatique expectate!

*Imperavit ut*.....  
.....  
.....

6. «Cum toga signum dederō, tum clamore sublato turbam invadite ac sternite omnia ferro»;

*Et eos hortatus est* .....  
.....

7. «Quicumque superfuerit, nobis nocere aut vi aut fraude poterit. Vobis, milites, plura dicere necesse non est. Nam vobis pugnandum erit non cum armatis sed ad satietatem homines inermes caedetis.

*Et addidit*.....  
.....  
.....  
.....

8. « Postremo, quia consulis castra prope nos sunt, nolite Carthaginienses timere.»

*Postremo imperavit* .....

*Testo semplificato*

39 - Ab hac adhortatione dimissi corpora curant. Postero die alii aliis locis ad obsidenda itinera et ad claudendos exitus positi sunt; pars maxima super theatrum circaque, adsueti et ante spectaculo contionum, consistunt. Praefectus Romanus, productus ad populum a magistratibus, dixit consulis ius ac potestatem de eā re esse, non suam et pleraque eadem quae pridie dixerat. Sed primo pedetemptim alius post alium reddere claves, dein iam unā voce omnes reddere claves iubebant. Romano cunctanti et differenti ferociter minabantur nec videbantur ultra vim ultimam dilaturi esse. Tum praefectus togā signum, ut convenerat, dedit militesque intenti dudum ac parati alii superne in aversam contionem, clamore sublato, decurrunt, alii ad exitus theatri conferti obsistunt. Caeduntur Hennenses caveā inclusi et coacervantur non caede solum sed etiam fugā, cum super aliorum alii capita ruerent et integris saucii, vivi mortuis incidentes cumularentur. Inde passim discurritur, et urbis captae modo et fuga et caedes omnia tenet. Nihilo remissiore militum ira quod turbam inermem caedebant quam si periculum par et ardor certaminis eos inritaret. Ita Henna aut malo aut necessario facinore retenta est. Marcellus nec factum improbavit et praedam Hennensium militibus concessit, ratus timore fore deterritos prodicionibus praesidiorum Siculos. Atque ea clades, ut urbis in media Sicilia sitae claraeque vel ob insignem munimento naturali locum vel ob sacrata omnia vestigiis raptae quondam Proserpinae, prope uno die omnem Siciliam pervasit. Et, quia caede infanda rebantur non hominum tantum sed etiam deorum sedem violatam esse, tum vero qui etiam ante dubii fuerant defecerunt ad Poenos. [...]

### *Testo integrale*

39 - Ab hac adhortatione<sup>1</sup> dimissi corpora curant. Postero die alii aliis locis ad obsidenda<sup>2</sup> itinera et ad claudendos exitus posit sunt; pars maxima super theatrum circaque – adsueti et ante spectaculo contionum – consistunt. Productus ad populum a magistratibus praefectus Romanus, cum consulis de eā re ius ac potestatem esse, non suam et pleraque eadem quae pridie dixisset, et primo sensim ac plures reddere claves, dein iam unā voce id omnes iuberent cunctantique et differenti ferociter minitarentur nec viderentur ultra vim ultimam dilatari, tum praefectus togā signum, ut convenerat, dedit militesque intenti dudum ac parati, alii superne in aversam<sup>3</sup> contionem clamore sublato decurrunt, alii ad exitus theatri conferti obsistunt. Caeduntur Hennenses caveā inclusi coacervanturque non caede solum sed etiam fuga, cum super aliorum alii capita ruerent et integris saucii, vivi mortuis incidentes cumularentur. Inde passim discurritur, et urbis captae modo fugae et caedes omnia tenet, nihilo remissiore militum ira quod turbam inermem caedebant quam si periculum par et ardor certaminis eos irritaret. Ita Henna aut malo aut necessario facinore retenta. Marcellus nec factum improbavit et praedam Hennensium militibus concessit, ratus timore fore deterritos prodicionibus praesidiorum Siculos. Atque ea clades, ut urbis in media Sicilia sitae claraeque vel ob insignem munimento naturali locum uel ob sacrata omnia uestigiis raptae quondam Proserpinae, prope uno die omnem Siciliam pervasit et, quia caede infanda rebantur non hominum tantum sed etiam deorum sedem violatam esse, tum vero qui etiam ante dubii fuerant defecere ad Poenos. [...]

---

<sup>1</sup> Adhortatio, onis (f.) = “esortazione, allocuzione”

<sup>2</sup> Obsideo, es, sedi, sessum, ere = exercitum inclusum tenere

<sup>3</sup> Aversus, a, um ☐ adversus = “di dietro, alle spalle”

### Esercizio

L'imperatore Augusto diffuse nell'impero distinte immagini di sé (prima e seconda immagine) come rappresentante del *civis Romanus*.

Lo stesso fecero i suoi successori, fra cui Nerva (terza immagine).



Spiega brevemente che cosa ciascuna immagine rappresenta:

.....

.....

.....

Sulla base della risposta precedente, spiega quale abbigliamento avrebbe potuto scegliere il comandante della guarnigione romana per parlare agli Ennesi.

.....

.....

.....

Vista la scelta compiuta, qual era il messaggio che il comandante della guarnigione intendeva trasmettere all'assemblea?

.....

.....

.....



Dell'antico teatro di Enna non avanzano resti. Possiamo però pensare che fosse molto simile al teatro di Tindari: vedi la foto qui sopra. Indica dove si trovavano i magistrati ennesi e Pinario, dove i cittadini di Enna e dove si collocarono i soldati romani prima dell'assemblea.

Spiega che cosa significa in *aversam contionem... decurrunt*.

.....

.....

Il testo parla di una strage. Sottolinea tutti i termini che riportano a questo tema. Nota poi quanti e quali sono gli aggettivi qualificativi usati dall'autore: sono pochi o molti? Perché a parer tuo?

.....

.....

.....

.....

.....

.....

---

*Il giudizio morale di Tito Livio*

Ti sembra che l'autore esprima chiaramente il suo giudizio su quanto è avvenuto ad Enna?

Hai notato parole ripetute o particolarmente significative?

.....

.....

.....

.....